



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vitae Sanctorvm**

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Vita S. Radbodi Vltraiectensis episcopi: Ex ea quæ est per V. P. Lau. Sur.  
Obijt anno Dominici Natalis 917.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42787**

VITA S. RADBODI ULTRAIEC- *Vide Ioan.*  
 tensis episcopi: Ex ea quæ est per V.P. Lau. Sur. *Mola. in Ind.*  
 Obijt anno Dominici Natalis 917. *SS. Belgij.*

**B**EATVS Radbodus è nobili Francorum 29. Nouẽ.  
 stirpe, parētibus ortus Christianissimis, *Siēna eius.*  
 nomen traxisse putatur à Radbodo Friso- *Radbodus*  
 num Duce; quem alij Regem vocant; qui ma- *Frisonũ Dux*  
 trise eius attauis fuit. Cum primũ discendi *matris eius*  
 capax visus est, ad Guntherum Coloniensem *atiam.*  
 Archiepiscopum missus, prima ibidem litera-  
 rum iecit fundamenta. Sed cum episcopi res in  
 angustias redactæ essent, puer egregiæ indolis  
 primò ad Caroli Regis Fracorum, indè ad Lu-  
 douici eius filij aulam se contulit; non quod  
 palatinos ambiret honores, sed quod intra Re- *Discendi*  
 gis palatium liberalium artium studia præcla- *causa degit*  
 rē colerentur. Præerat autem gymnasio illi *in aulis Re-*  
 Manno philosophus; cui sanctus puer, feruens *gum.*  
 discendi studio, sedulus adhærebat: instar  
 que apis sedulæ literarum floribus insidens,  
 multam ibi eruditionis collegit copiam; do- *Multum pro-*  
 nec omnium iudicio haud vulgari doctrina *ficie.*  
 præditus esset. Interim virtute animi ado-  
 lescentiæ motus egregiè comprimebat, car-  
 nisque rebellionem parsimonia edomās, men-  
 tem spiritalibus delicijs inpinguabat. Et quan-  
 quàm summo studio virtutem occultabat, pro-  
 pter ipsam tamen morum integritatem Regi  
 eximiè charus erat. Postquàm verò Caro- *Eius Patria.*  
 lus, sub quo adolescentiæ exegit annos, è vi-  
 ta decessit, tactus desiderio suorum, Loma-  
 ganium (sic enim vulgò patria eius dicebatur)  
 adiit.

Rr Interea -



*S. Radbodus  
fit Episcopus  
Ultraiecten-  
sis.*

*Proficetur  
monachum.*

*Valdè beni-  
gnus est in  
pauperes.*

*Semper ie-  
iunans & à  
vino ac car-  
nibus absti-  
nens sinu-  
lat se delica-  
tu vesci ei  
barijs.*

Interea Egilbertus Ultraiectensis Ecclesie  
præsul vitam cum morte commutat: & Radbo-  
dus eo honore omnium iudicio dignissimus à  
Clero, Rege, principibus, populoque uniuers-  
o in eius locum subrogatur. Ea re non mediocri  
animi dolore affectus, cum onus honoris  
istius nullo modo euadere posset, mox maiori-  
bus virtutù præsijs opus esse statuens, mona-  
sticam Regulariù disciplinã professus est, sic-  
que spiritalibus armis egregiè reclus ad pug-  
nam processit. Quidquid ex rebus mudi huius  
habere poterat, id totum in pauperes erogab-  
at: nulli benignitate erga inopes secundus  
utpotè qui non modò victum vestitumque eis  
præbebat abundè, sed suis ipse manibus etiam  
pedes lauabat. Eiusmodi studijs & officijs hu-  
munitatis & misericordie diu noctuque incre-  
dibili vigilantia & sollicitudine indefessus va-  
cabat, nec vnquam id genus frangebatur labo-  
ribus, licet biduanis triduanisque ieiunijs car-  
nem sæpiùs frangeret, & corpusculum vix of-  
sibus hærens summa seueritate edomaret. Car-  
nium esus & vini potus plenè ei incognita e-  
rant: dabatque operam ne vnquam ea absti-  
nentia ad aliorum notitiam perueniret. Ita  
enim inter suos se cõparabat, ut delicatis cibis  
vesci putaretur: perpetuò sollicitus nè fortè  
cunctarum virtutum nauis ad cæcos superbiz  
scopulos illisa miserrimè periret. Quia in re  
Dominus etiam seruo suo mirabiliter opitu-  
latus fuisse insigni miraculo perhibetur. Cum  
enim quidam signis minimè dubijs assequere-  
tur, perpetuo aquæ potu eum vti, die quodam  
inter conuiuandum poculum eius ex onyche  
factum